

# TRACTATUS

DE INDICIIS, ET  
TORTURA,

D. Francisci Bruni de S. Seuerino. Item &  
D. Guidonis de Suzaria Mantuani. Et  
D. Baldi de Periglis Perusini.

CVM ADDITIONIBVS D. LV-  
douici Bolognini Bononieñ. nunc multis in locis  
emendati & restituti in gratiam eorum,  
quibus ad regimen Reipubli-  
cæ usui erunt.

*Indicem copiosissimum in calce reposuimus.*

REM MAXIMAM SIBI



PROMITTIT PRUDENTIA.

LVGDVNI, APVD GVLIELM

MVM ROVILIVM,

M. D. XLVI.

**UTILIS ET PRACTI-**  
cabilis Tractatus de Indicijs & Tortura, editus in ciuitate Senarum per Excellen. I. V. D. Dominum Franciscum Brunū de sancto Seruino. Quæ materia hætenus a plerisque sat truncatè & imperfectè tradita reperitur. In hoc tamen tractatu adeo perficitur, vt nulli vsq; ad hæc tempora perfectius inueniatur. Habent igitur latruncultores, id est, Iudices malefactorū iter tersum, per quod tutissime incedere valeant in theorica & practica.

**Præfatiuncula cum diuisione.**



**C**um materia Indiciorum, & Questionis, siue Torturæ sit multū in usu, & non parum periculosa, & officiales in ea quandoq; male aduertant, aut cupiditate honoris, aut ignorantia. Ideo decreui in modum tractatus materiam ipsam colligere, & eam prout potero dilucidare, & ordine aliquo texere, ut legentes & practicantes facilius capiant, & inueniant casus occurrentes. Et quia Indicia debent præcedere, & Tortura subsequi. Ideo prius dicam de Indicijs, secundo subdam de questione, siue Tortura.

¶ Et primo quid sit indicium, & unde dicatur. ¶ Secundo qualiter indicium probetur. ¶ Tertio qualia debeant esse indicia per quæ deueniri ualeat ad torturam. ¶ Quarto qualia debeant esse indicia per quæ deueniri ualeat ad cōdemnationem. ¶ Quinto quomodo & qualiter indicia elidantur & tollantur.

## Prima pars de Indicijs.

## QVAESTIO PRIMA.

- 1 Indicium, maleficij alicuius commissi, vel alterius rei, de qua agitur, signum dicitur.
- 2 Indicium est minus quam semiplena probatio.
- 3 Indicium semiplenum quod dicatur, & quod plenu seu indubitacu.
- 4 Indicium facti, est quo index in viam praesumptionis dirigitur.
- 5 Indicium varijs nominatur modis apud legumlatores.



**I**RCA primum dum queritur quid sit Indicium, & unde dicatur. Reperio varias diffinitiones, & de descriptiones. Gād in suo opere malefic. sub rub. de Praesumpt. & Indic. §. vidimus. dicit ¶ quod indicium dicitur signum alicuius maleficij commissi, uel alterius rei, de qua agitur: quae diffinitio secundum eum colligitur ex II. tractantibus de indicijs. Ioan. Andr. in addi. Spec. in ti. de proba. §. fin. in uers. item per indicia, dicit quod indicium est notabile signum maleficij uel alterius rei ad ipsius ueritatem habendam. Paul. de Liara. in c. grauis. de deposito in ulti. char. dicit quod indicium est demonstratorium ad ueritatem indicandam per tex. l. si quis adulterium. C. de adulter. & c. praeterea. de testi. & c. tua. §. adulterium. de homici. Bar. in l. ij. ff. de excusa. tu. difiniendo quid sit indicium ¶ dicit quod est minus quam semiplena probatio. Et idem dicit Bal. in l. cum probatio. ff. de proba. in additionibus suis, dicēs nullibi clarius hoc probari quam in illa l. Sed idem Bald. in Rub. C. de proba. dicit quod indicium est minima praesumptio hominis boni, seu distans argumentum à uera specie probationis, & quod ualeat indicium si ponatur in consequentiam alterius probationis

# PERVITILIS ET QUOTIDIANVS

Tractatus de Tormentis, siue de Indi-  
cijs, & Tortura, per præstantissi-  
mum, ac eminentissimum ea  
ætate doctorem D. Gui-  
donem de Suza-  
ria Mantua-  
num,

CVM ADDITIONIBVS D. LV-  
douici Bolognini Bononiens. V. I. Doct. clarissimi, & qui-  
tisq; dignissimi in almo Bonon. studio. Anno Domini  
M. CCCC. LXXXIII. ad magnificos dominos,  
D. Prætores, & eorundem Assesso-  
res, ac Iudices ad maleficia deputatos.

- 1 Iudex torturus reum, iuris, & humanitatis meminerit, nec repetere debet, si veritas impositi criminis, alia quavis via leuiori possit erui.
- 2 Questio seu tortura, non ex leui causa, aut pro quolibet crimine est indifferenter proponenda.
- Indicia non quælibet sunt ad torturam sufficientia.
- 3 Torqueri non debet quis, nisi duobus concurrentibus.
- Tormenta reo, ea sunt moderatione inferenda, vt tortus aut innocentia, aut certe supplicio conseruetur saluus.
- 4 Questio inquisitio quædam dicitur, cum tormentis & dolore corporis, facta eruendæ veritatis gratia.
- 5 Questio fieri dicitur per tormentum, quasi torquens mentem.
- 6 Iudex carcerato, qui torqueri non potest, alimenta denegare non debet.

# TRACTATUS

## DE QVAESTIONIBVS

& Tormentis Clarissimi ingenij,  
ac Iegum apicis D. Baldi  
de Periglijs, Pe-  
rusini.

- 1 Iudex humanitate non modica pollere debet, non enim debet statim ad quaestiones & torturas procedere.
- 2 Quaestio non de qualibet leui causa aut crimine est habenda.
- 3 Indicia quaelibet non sufficiunt ad torturam.
- 4 Tortus non est ad torturam repetendus nisi duobus concurrentibus.
- 5 Iudex eo vti debet temperamento, vt tortus, aut innocentis, aut supplicio seruetur saluus.
- 6 Quaestio quid proprie dicatur.
- 7 Quaestioni possunt subijci liberi & serui, & statuliberi & liberti.
- 8 Minor xiiij. ann. non debet torqueri, potest tamen serula vel corrigia cedi.
- 9 Decuriones aliquo casu torqueri possunt.
- 10 Quaestio reperiri non potest nisi nouis superuenientibus indicijs.
- 11 Iudex aequus in quaestione repetenda quae attendere debeat.
- 12 Tormenta quo ordine sunt proponenda.
- 13 Foemina masculo praefertur in tortura.
- 14 Tortura ex quibus causis possit adhiberi.
- 15 Indicia quae & qualia torturam praecedere debeant.
- 16 Conuersatio mala operationis malae est indicatua.
- 17 Indicia sunt possunt ex trepidatione vel constantia.
- 18 Fuga indicium facit de maleficio perpetrato.

### CAPITVLVM PRIMVM CIRCA diffinitionem quaestionis



**D**E quaestionibus tractaturus, videndum est primo quid sit quaestio. Secundo quae personae possunt torqueri, & quomodo. Tertio qualiter inquisitio seu quaestio debet fieri, siue cum quo moderamine sunt habenda

P

benda

## I N D E X.

- Tortus quomodo in confessione censeatur perseuerare. nu. 4.** Pagina 114
- Tortus non statim post torturam debet ad tribunal reduci ad videndam ipsius in confessione perseuerantiam. nu. 5.** 115
- Tortus ad tribunal reductus, an sit relaxandus si confessionem in tortura factam reuocauerit. nu. 6.** 116
- Tortus confessus per diem naturalem quiescere debet antequam confessionem suam ratificet. nu. 69.** 100
- Tortus non est ad torturam repetendus, nisi duobus concurrentibus. nu. 2.** 116
- Tortus in quibus casibus sit de alijs interrogandus. nu. 4.** 234
- Tortus absq; iudicijs sibi non preiudicat confitens in tormentis. nu. 9.** 238

### V

- Variatio, pauor, & trepidatio, iudicium faciunt, alijs deficientibus iudicijs. nu. 30.** 38
- Variationes & uacillationes factae in tortura sine iudicijs factae, torto non preiudicant in aliquo. nu. 31.** eadem
- Varietatem aliter haberi non posse, qualiter, & a quo probari debeat. nu. 15.** 14

## F I N I S.

Excudebat Lugduni Ioannes Pul-  
lonus, aliàs de Trin.